

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 1 (1843)

Artikel: Urkundenlese aus dem Cistercienserklöster Frauental : 1246 bis 1259

Autor: Stocker, Thomas

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-109155>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 29.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

B.

Urkundenlese

aus dem

Cistercienserklöster Frauenthal.¹⁾

1246 bis 1259.

von Thomas Stocker.

1.

1246.

Iudenta Abbatissa Turicensis ad preces Volrici de Snabelburg decimas in Kamowe parthenoni vallis beatæ Mariæ adscribit.

Abgedruckt bei Neugart Cod. dipl. Allem. II. 185.

2.

1249.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Anshelmus diuina miseratione abbas et conventus heremitarum . omnibus ad quos presens scriptum per- | uenerit pacem bonam et rei subscripte noticiam. Que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore . memoria et apicibus scrip - | turarum solent perennari. Noverit igitur tam presens etas quam futura posteritas quod cum Heinricus miles dictus de Britton ministerialis | monasterii nostri de consensu filiorum suorum. Cunradi et Heinrici mansum situm

¹⁾ Der Verein verdankt diese schätzhaften Beiträge theils der gütigen Vermittelung des hochw. Herrn Prälaten von Wettingen, theils der lobenswerthen Thätigkeit seines Mitgliedes, Herrn Caplans Stocker in Walchwil, welcher die Abschriften besorgte.

366

in islinkon . quem pacifice et quiete possederat monasterio et | conuentui uallis sancte marie Cisterciensis ordinis . constanciensis diocesis . uendiderit pro Summa . XX . V . marcarum argenti sub tali condicione . ut dic - | tum monasterium mansum prenominatum per dictum militem in manus nostras resignatum a nobis reciperet sub anno censu uidelicet dimidia | libra cere perpetuo possiden- dum . nos ad petitionem tam dicti militis quam prenominati con- uentus supplicationem huiusmodi uendicionem ratam habe- | mus et approbamus . cum ius proprietatis dicti predii apud nos nichil- hominus remaneat in futurum concedentes eadem bona et posses- siones cum omni iure | pratorum nemorum usuagiorum tam in poscho quam in plano . tam in aquis quam in terris sepedicto monasterio uallis sancte marie titulo hereditatis atque iure | here- ditario sub censu predicto in exaltacione sancte crucis in loco he- remitarum annis singulis persoluendo . Huius rei Testes sunt . Rudolfus prior . Jo- | randus . Volricus . Cunradus . sacerdotes et monachi de Capella . Rudolfus Scolasticus noster . Wernherus ple- banus de obernchilchon . h . plebanus de edisteten . | Conradus conuersus de teinikon . et officiales nostri et alii quamplures . Ut autem ista illibata et inconuulsa permaneant omni euo presens in- strumentum | in augmentum roboris et maioris efficacie supplemen- tum . nostro et eciam conuentus nostri sigillo . nec non abbatis de Capella sigilli munimine prefato mo- | nasterio dedimus corroboratum et communitum . Acta sunt hec apud claustrum heremitarum . Anno Domini M. CC. XL. | Indictione. VII.

3.

circa 1252.

R. et Albertus Fratres Comites de Habispurc dominæ de Yberc concedunt, vendendi premium in Islinchon dominabus de Vrowental.

Abgedruckt bei Hergott Gen. Dipl. Aug. Gent. Habs. II. 301.

4.

1252.

Bertholdus nobilis vir de Snabelbur decimam in Kamowe no- mine Fratrum et nepotum suorum, M. Abbatissæ Turicensi in gratiam monasterii vallis B. M. resignat.

Abgedruckt bei Zapf Monum. Anecdota. I. 132. — Hat aber das Jahr 1256.

5.

1252. 31 Augustmonat.

Willelmus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis sacri Imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum . Meritis sacre religionis inducimur , ut personas religiosas et loca , benigni fauoris gratia iugiter posequentes , ad imitationem predecessorum nostrorum Imperatorum et Regum , ipsorum petitionibus interdum benignius annuamus. Hinc est quod nos attendentes largitionem prouidam et utique commendandam quam nobiles viri Ludowicus comes de Frouburg . et Vlricus de Snabelburg dilecti fideles nostri de quadam area fecerunt dilectis in Christo . . Abbatisse et Conventui Monasterii Vallis beate Virginis , Cisterciensis ordinis , ad constructionem ipsius monasterii pure et simpliciter propter Deum , quam aream unacum aliis bonis ipsorum a nobis et Imperio feudi titulo possidebant . ipsius Abbatisse precebus inclinati , quod ab ipsius Comite et Volrico de predicta area factum est in hac parte , ratum et gratum habentes , auctoritate Regalis culminis confirmamus . presenti edicto districtius inhibentes . ne quis contra easdem Abbatissam et Conuentum super hoc venire audeat uel eas aliquatenus impedire . Quod qui facere presumpserit , grauem Celsitudinis nostre offensam se nouerit incursum . Datum in Castris ante Cubam. ij Kal. Septembbris . Indictione decima . — Anno Dni M. CC. L. Secundo. ¹⁾

6.

1253.

R. Comes de Habesburch Lantgrauius Alsaciæ , confirmat venditionem bonorum in Hedingen , quæ a Chonrado Aderhalden comparavit sibi Vallis S. Mariæ .

Bei Hergott, II. 309.

¹⁾ Bekanntlich endet nach | eine Linie der Urschrift. Wo nun keine solche Striche angegeben werden , wie in der vorliegenden Urkunde , so weiset dieses , daß das Original im Archive Frauenthal nicht mehr aufgefunden werden konnte. Derlei Abschriften wurden sonach entnommen nachstehendem , ebenfalls in dort verwahrten Werke: „Accurata descriptio chartarum in Archivo Plurimum Venerandæ et Perillustris Abbatiae Vallis „sanctæ Mariæ alias Frauenthal exempti ordinis Cisterciensis extantium , topographicis et historicis ornata notis , et pluribus adiecta „Supplementis collectio , chronologico disposita ordine et confecta à B. „Fid. Anton. Zurlauben, anno 1787.“ (2 Handschriften-Bände in Folio.)

7.

1254.

Gotfridus Comes de Habespvrch , venditionem et donationem
vineæ de Hedingen , ab Heinrico de Klingen milite B. abbatissæ
et monialibus Vallis B. M. factam , roborat.

Bei Hergott, II. 314.

8.

1255.

Bertoldus dominus de Snabelburch donationes quasdam (viginti
modios frumenti et preedium in Hottenbach) , monasterio vallis S.
Mariæ factas , confirmat.

Bei Neugart, II. 207. — Aus der Urkunde geht hervor, daß Ulrich,
Berchtolds Vater, der Stifter von Frauenthal war.

9.

1255, 28 Heumonat.

Vniuersis presencium inspectoribus. Frater R. Abbas et Con-
uentus de Capella , facti noticiam subsequentis. Cum res gesta
litteris commendatur , via posteris obstruitur litigandi. Nouerint
itaque quos nosse fuerit oportunum quod lis siue contentio inter
nos . et religiosas . . Abbatissam videlicet , et Conuentum Vallis
Sancte Marie iam dudum habita pro decima pomerii dotis ecclesie
de Husen . mediantibus bonis viris decisa est taliter et sōpita .
quod nos dictam decimam pomerii de Husen semper percipere
debeamus . Predicta vero religiose , e contra decimam de Lamparz
Ruthi . perpetuo percipient et possideant . ita ut nulla deinceps
super prefatis decimis inter nos et ipsas litis contentio moueatur.
Insuper sorori Gertrudi moniali eiusdem conuentus tenemur singu-
lis annis dare sex solidos consuete monete pro tempore vite sue.
Ad premissae igitur compositionis testimonium et ad presencium et
futurorum perpetuam memoriam presentem litteram nostro et supra-
dicte Abbatisse sigillis duximus roborandam . Actum siue Datum.
Anno . Domini . M. CC. LV. V. Kal. Augusti Indictione iij.

10.

1256.

Reuerende in Christo. M. dei gratia Abbatisse monasterii
Turicensis . Waltherus . et Berchtoldus fratres . | Nobiles de Eschi-

bach . ad obsequia se paratos . Reuerentie uestre decimam in Kamowe . quam | nos et Nepotes nostri . Berchtoldus . Waltherus Johannes et Volricus . de Snabelburg . a uestro monasterio | hucusque pro annuo censu iure hereditario possedimus . et quam dilectus noster . H. Villicus de Kamo . | a nobis iure feodali , noscitur hactenus eciam possedis . presentibus resignamus . cum propter hoc , ad | presens ad uos legitimis negociis impediti , accedere non possimus . sub hac conditione . ut eas- | dem decimas . Abbatisse et Conuentui . de Valle beate Marie . pro annuo censu . secundum quod | vobiscum conuenerint . iure hereditario concedatis . renunciantes tenore presentium . omni iuri | nobis in predictis decimis competenti . In cuius rei testimonium . presens scriptum uobis transmitti- | mus . presentis sigilli munimine roboratum . quo ego Berchtoldus utor , cum proprium non habeam . | Actum . anno Domini . M. CC. LVI. Indictione XIII . . —

11.

1256 , 23 April.

Mechtildis Abbatissa Turicensis monasterio vallis S. Mariæ decimas suas in Kamowe ; constituto annuo censu quinque solidorum , concedit.

Bei Neugart , II. 210.

12.

1256 , 19 Brachmonat.

Vniuersis Christi fidelibus presentium inspectoribus . Lvtholdus Nobilis de Regensperg , Constantiensis diocesis , obsequium et honorem . Nouerint quos nosse fuerit | oportunum . quod procuratores et administratores carnalis fratris mei . Volrici Nobilis de Regensperg videlicet . Chvonradus miles de Steinimur . Volricus | Villicus de Weningen . et Heinricus frater eiusdem dictus Stokkere Curtim iam dicti fratris mei sitam in superiori Affoltre prope antiquum Castrum | Regensperg . predilecto nostro . Volrico ciui Turicensi dicto Trenbillin pro Triginta duabus marcis argenti nomine prefati fratris mei uendiderint . | de meis auctoritate consilio et consensu bona fide predicto Volrico firmiter promittentes . quod infra . XIII . dies postquam frater meus | sepelitus ad suum domicilium de remotis partibus in quibus iam moratur fuerit reuersus predicte

curtis contractum procurabunt ab eodem rati- | ficari et perduci
 pleniter et legaliter ad effectum . Si uero fratrem meum ante com-
 pletionem contractus cedere bonis uel decedere continget . ego |
 prefatum contractum sine omni dolo et fraude cum omni cautione
 que expedit , uel a me requiritur . Volrico iam dicto et suis he-
 redibus perducam | ad effectum me et meos heredes ad hoc pre-
 sentibus obligando . preterea si dictus contractus per fratrem meum
 uel me sicut premissum est non | fuerit completus . predicti pro-
 curatores et Volricus miles de Mandach . et Chvonradus de Lege-
 rin . et Chvonradus filius Rinheimi bone | memorie se in Turego
 ponent in obstagium secundum consuetudinem Turicensem super
 obstagiis obseruatam . inde nullatenus recessuri ante | quam com-
 pleatur perficiatur contractum prenotatum . vel sexaginta marcas
 argenti ponderis Turicensis predictis Volrico Trembillin et | suis
 heredibus persoluant contradictione qualibet non obstante . Et in
 huius rei testimonium ipsi Volrico et suis heredibus trado | pre-
 sentem litteram sigillo meo patenter communitam . Nos prenominati
 procuratores et obsides ad obseruationem premissorum personas |
 nostras et nostrorum heredum fideliter obligamus . procurantes pre-
 sentem litteram sigillis prefati Lvtholdi domini nostri . et Vniuer-
 sitatis Tu- | ricensis patenter communiri . Acta sunt hec in Tu-
 rego . Anno Domini . M. CC. LVI. XIII. Kal. Julii. Indictione
 Quarta decima . |

Nos Consules ad presens Turicenses quorum nomina sunt
 hec . Jacobus Molendinarius . Hugo de Lunchuft . Volricus de
 Chloton . Chvonradus | Wello . Burchardus Scultetus . Rvodolfus
 de Lunchuft . Volricus de Rymelinkon Milites . H. Teschelere .
 H. Revel . Wernherus Brosma . Jacobus Tu- | to . Hv. Burdiner
 ad petitionem predictorum procuratorum et obsidum presens in-
 strumentum in euidentiam facti nostro sigillo patenter communi-
 mus . | Anno Domini . Kal. et Indictione prenotatis . |

13.

1256 , 4 Herbstmonat.

Volricus nobilis de Regensperg venditionem curtis suæ in
 superiori Affoltre prope antiquum castrum Regensperg , per procu-
 ratores suos (quia tunc in curia illustris Regis Bœmie extra pro-
 uinciam agebat) factam , approbat.

Bei Neugart , II. 211.

14.

1256, 5 Winternmonat.

.. Diuina permissione Abbatisse Vallis Sancte Marie totuque
 Conuentui eiusdem loci . frater R. Commendator | domus theutu-
 nice in Hilzkilch, cum deuotas . . . in Domino . Uni-
 uersa negocia que | geruntur in tempore, euanescunt simul . cum
 tempore . nisi scripti memoria firmentur . Hinc est, quod uestre
 dis- | cretioni per presentem literam cupimus declarare quod nos
 ad petitionem Volrici dicti Gezler proprietatem | nostram siue
 iurisdictionem in Benciswile vestro cenobio libere resigna-
 uimus in | perpetuum possidenda . Vt autem hec resignatio incon-
 vulsa permaneat, presentem literam, uobis tradidimus | sigilli
 nostri munimine roboratam . Actum anno domini M. CC. LVI. non.
 Nouembris . Indictione quarta decima. ¹⁾

15.

1257, 4 Augstmonat.

Waltherus miles de Iberc . omnibus ad quos presens scriptum
 peruererit, subscripte rei noticiam . Vniuersitati vestre presentibus
 insinuandum duxi . quod cum ego, ante aliquos annos et vxor
 mea Richince, et filii nostri . tunc temporis geniti, possessiones
 nostras in Islincon sitas . cum omnibus communitatibus suis, tam
 in posco, quam in plano, tam in agris, quam in terris . pleno
 iure . Religiosis .. Abbatisse videlicet et conuentui, Vallis Sancte
 Marie, alienauimus, tradidimus et uendidimus, pro certa summa
 iam persoluta, titulo proprietatis, semper possidendas et habendas.
 prelibate moniales, timentes sibi super dictis possessionibus, in
 posterum moueri questionem . nobis supplicarunt ut idempnitati
 ipsarum, in hac parte consulere curaremus . Verum cum vitalibus
 contractibus et alienationibus . necessaria sit cautela warandie, nos
 prenominati coniuges, et nos Heinricus . Rudolfus . et Adelhedis,
 liberi eorumdem . cum ad presens non simus plures de consensu
 et iussione ante dicti patris nostri firmiter sicut debemus et tene-
 mur, promittimus. Et nos et successores nostros . si predictis re-
 ligiosis, super premissis possessionibus lis, secundum iustitiam
 mota fuerit . ad prestandam ubique locorum plenam warandum

¹⁾ Wo Punkte . . . angebracht sind, ist die Urkunde verdorben.

presentibus obligamus Renunciamus eciam omni actioni . exceptioni . et omni consilio . seu beneficio iuris . tam canonici . quam civilis . consuetudinibus . constitutioibus generalibus seu specialibus . publice . seu priuatim . editis uel edendis . et omnibus aliis , occasione quorum predicta possent , uel per nos , uel per nostros successores , seu aliquem , seu aliquos de nostris , impugnari , aliqualiter uel cassari . Huius rei testes sunt venerabilis in Christo .. Abbas et Burchardus maior Cellerarius de Capella , Bertholdus de Snabilburc . et Johannes de Bonsteten Nobiles . Vlricus de Vrcilincon . miles . Wernherus et Johannes . Fratres de Affoltre laici et alii fide digni . Ut autem premissa apud posteros noticiam habeant pleniorum presens instrumentum prefatis religiosis . sigillis . Reuerendi in Christo .. Abbatis de Capella et uiri nobilis Bertholdi domini de Snabilburc . et meo pariter scilicet Waltheri . tradidimus , nos omnes predicti firmiter roboratum . Actum apud Maswanden . Anno Domini M. CC. L. VII. ij. non. Augusti.

16.

1258, 23 *Heumonat.*

Mechtildis Dei gratia Turicensis Abbatissa . Vniuersis hanc paginam inspecturis noticiam subscriptorum . Vniuersis presentem litteram inspecturis duximus insinuandum . quod C. miles dictus Wirzo Ciuis Turicensis pedium et possessiones suas | in Affoltre sitas de consensu Adelheidis uxoris sue necnon . Chvonradi . et Wizonis filiorum suorum ad manus nostras | resignauit : . Abbatisse et Conuentui Vallis Sancte Marie Cisterciensis Ordinis Constantiensis Diocesis concedendas octo mar- | cis prius receptis pro possessionibus ante dictis a religiosis memoratis . Nos uero petitioni eiusdem C. annuentes | dictas possessiones prelibatis religiosis titulo hereditatis pro denario censuali annuatim monasterio nostro persoluendo concessimus | perpetualiter possidendas . Testes qui interfuerunt sunt hii . Burchardus Scultetus dictus vor der Mehzic . H. Brvno Senior . Rvo. | de Lvnchufst milites . Heinricus et Walt . dicti Stagle . Walt. Slwzzelli Heinricus Motscheller . et alii quam plures | Datum in monasterio nostro Decimo Kal. Augusti. Anno Domini M. CC. LVIII. Indictione prima . Ego etiam predictus C. | omnia superius memorata uera presentibus profiteor et ad maiorem firmitatem presentem litteram sigillis Reuerende | Domine mee Abbatisse antedicta et meo communiu*i*.

17.

1258, 18 Herbstmonat.

Volricus dictus de Vostro donat et confert, consensu Bertholdi Nobilis de Snabilburch et Fratrum eiusdem, monasterio vallis S. Mariæ preedium suum in Rifsirswile.

Bei Neugart, II. 225.

18.

1259.

Ebirhardus. Dei gratia Constantiensis Episcopus. Dilectis in Christo filiabus. religiosis feminis abbatisse et Conuentui de Valle Sancte Marie | cisterciensis ordinis. Salutem et in domino caritatem. Regularis obseruantie disciplinam apud uos in domino commendantes. petitiones uestras fauore | quo possumus. prosequi volumus ut debemus. Cum autem super decimis in Kamowe. Per H. militem dictum villatvm de Kamo. a. Mona- | sterio abbacie Turicensis actenus habitis inter vos et predictum militem de consensu Mehtildis Abbatisse et conuentus dicti monasterii sit Con- | uentum. quatinus ipsas decimas teneatis pro censu uidelicet Quinque solidorum turicensis monete visualis persoluendo. Nos eundem contractum | vtriusque monasterii Ratum habentes et gratum du- ximus presentibus confirmandum. Datum Constantie Anno Do- mini | M. CC. Quinquagesimo VIII. Indictione II.

19.

1259, 13 Hornung.

Rudolfus Comes de Habsburg Lantgrauius Alsatiæ renunciat advocatiæ, quam habuit in Monasterium Murensse, respectu bonorum in Islinkon.

Bei Hergott, II. 346.

20.

1259, 13 Hornung.

Monasterium Murensse a jure advocatiæ circa possessiones in Islinkon sibi competente liberat et eximit Gotfridus Comes de Habsburg.

a. a. Q.

21.

1259, 17 Hörnung.

Waltherus Abbas et Conventus in Mure vendunt monasterio
vallis S. Mariæ possessiones in isselinkon una cum advocatia ibidem,
pro decem et septem Marcis argenti et quinque solidis.

Bei Hergott, II. 347.